



Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLVIII. Suplicaturiu[m] pro eo qui de monasterio regreditur, aut illo, qui
ingredi voluerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XLVIII. SVPPPLICATVRIA
*pro eo qui in monasterio conuer-
sare desiderat.*

Dominō sancto, Deiq; cultori, & mihi in Christo honorabili fratri, illi Abati, ille salutem optans mitti in Christo. Primum illud tanquam præsens sanctis vestris suggero prouolutus pedibus, ut meæ extremitatis litterulæ, cum vestris fuerint sacris manibus traditæ, pro me meisque, quos mihi in Christo cohærcere fecit amor, fratribus, precibus Domino commendetis. Deinde subiectus vestri frater in Christo noster ille, superno inspiratus munere, vestræ sanctitati obedientiæ nostris se petuit litteris almitati vestræ commedari, per quas supliciter postulamus, vt ouis fauce lupi, boni pastoris Christi manu crepta, ad caulas Christi gregis,

tua sit diligentia reducta, ac vice patris ac medici pia circa hunc sit vigilantia ægrum. Quem si pristinæ redditum sanitati pastori omniū cum cæteris præsentaueris inlæsum, quæ sequatur tui merces laboris, optimè diuinis nosti instructus oraculis. Vale memor mei venerabilis in Christo frater.

XLIX. INDICVLVS GENE-
ralis ad omnes homines.

Domino nostro, orthodoxo Romanæ sedis Apostolicæ, à Deo instituto, illi Papæ: vel omnibus Apostolicis dominis, & patribus, seu Abatibus; vel Deo dicatis in cœnobiis degentibus: nec non & inlustribus viris, Patriciis, Duci- bus, Comitibus, vel omnibus Christiani cultus diuinam religionem sectantibus, ille peccator vilissimus omnibus in Domino præsumo.